

**DIONYSII  
PETAVII  
ESOCIETATE JESU,  
DE  
DOCTRINA  
TEMPORUM.  
LIBER QUARTUS.  
QUI EST DE ANNO SOLARI.**

ΠΡΟΦΕΩΡΙΑ.



Nō æquabili Solaris ordine succedit; qualis imprimis Julianus exstitit; cum Juliano accuratores, ac veris Solis motibus propinquiores reliqui; ut qui novissime ex Gregorianâ castigatione prodiit. Horum omnium quartus hic de Doctrina Temporum liber,

PROBLEMA LIBRI IV. ET V. DE DOCTRINA  
TEMPORUM.

**Q**uid in libro editionis utriusque quarto de Emendatione Temporum, & lib. I, ac III. Isag. Canon. capitibus I, II, III, IV, V, nec non in Elencho Kalendarii Gregoriani, vel ad communem, & ab aliis traditam doctrinam ex ingenio additum, vel adversus Lilianam, & Clavianam methodum disputatum est à Scaligerio, id omne falsum, absurdumque est.

CAPUT I.

*De veteris anni Romani castigatione à Julio Cæsare facta, ubi & de anno, qui dicitur Confusionis, & ordinatione Julianae.*

**Q**uis fuerit veteris anni Romani modus, quantumque perturbatio, antequam Julius Cæsar pulcherrimum opus aggrederetur, anni civilis emendationem; in secundo libro diligenter exposuimus. Ostendimus enim adeo mensium situm, atque ordinem fuisse confusum; ut hiberni menses in autumnum; verni in hiemem; ac reliqui deinceps alienam in sedem, ac stationem invaderent. Quemadmodum id Julius Cæsar instituerit; & quam Romanis intercalandi rationem prescriperit, dicemus hoc in capite: de qua re jam in Animadversionibus nostris ad Epiph. Hæc si. egimus, Diatriba de anno Domini Nativitatis. Sed eadem hic plenius & accuratius excutienda sunt; quandoquidem proprium hunc sibi locum disputatum est vendicavit. In ea vero, que à Scaligerio peccata sunt, aut que manifeste falsitatis minime illa quidem tenentur; sed incerta nihilominus pro certis, atque exploratis allata sunt; non prius inquirimus, quam ex rei veritate cuiusmodi Julianae castigatio fuerit explicemus.

Dionysii

LIBER QUARTUS, CAP. I. 161

confusionem adhuc poterant facere, consumpti, eaque refactum est; ut annus Confusionis ultimus in ccccxliii. dies protenderetur. Omnim exactissimum, ut in ceteris, in explicanda anni correctione Cenforinus cap. xx. his verbis rem declarat. Adeoque aberratum est, ut Caius Cæsar Pontifex maximus suo III. & M. Æmilio Lepidi Consulatus, quo retrò delictum corrigere, duos menses intercalarios diem sexagesima septem, in mensem Novembrem, & Decembrem interponeret, cum iam mens Februarie dies tres & viginti intercalasset, faceretque cum annum dierum quadrageinta quadrageinta quinque. Hæc Cenforinus, que sunt certissima.

Ex Suetonio jam constat menses xv. in anno Confusionis fuisse. Dio lxvi. dies adnumeratos esse referunt. Locum intercalationis dierum additorum inter Novembrem, Decembremque veterem notat idem Suetonius. Cenforinus denique quidquid ab aliis separatis dictum erat, in unum complexus, lxvii. dies in duos menses diffribitos esse docuit, cum iam intercalaris ex ordine suo loco, id est inter Februarie xxxii. & xxiv. esset infinitus. December Romanus ante Julii Cæsaris ordinacionem diem fuit xxix. ut in libro II. ex Cenforino, Macrobius, ceterisque probavimus. Quare cum annus Confusionis deferatur in ultimum diem Decembrii hodierni, neque quidquam in eo mutationis acciderit, sed dies infiniti inter finem Novembrii, & initium Decembrii interjecti sunt: consequens est Kalendas Decembrii veteris respondere tertio Decembrii Juliani. Annus Confusionis appello vulgarem loquendi rationem fecutus. Ita enim vocari possim video annum illum, qui Julianum primum antecedit. Cujus appellationis origo ex Macrobiis verbis, que adduximus, petita videtur. At qui non illum ipsum annum, qui Julianum primum praefecit, Confusionis annum præcisè vocat, sed Confusionis ultimum fuisse significat: quod Confusionis vocabulum ad anteriores etiam annos extenditur, qui depravissimi fuerunt. Annus Confusionis, auctore Cenforino, est is, quo Julius Cæsar Consul III. fuit cum Marco Æmilio Lepido, qui ab Urbe condita ccviii. Periodi Julianæ 4668. cyclo Solis xx. Luna xiii. Quoniam ergo December antiquis caput III. die Decembrii anni 4668. si secundo die Decembrii xxvi. illos dies retro numeres, definit calculus in xxvi. Septembri. Itaque xxvi. Septembri ultima dies Pompiliani Novembrii fuit, cumque pridie Kalenda Decembrii ineundæ forent, infiniti illi dies lxvii. interjecti sunt; ac demum Kalenda Decembrii ceperunt Juliani Decembrii die tertio. Annus Romanus Pompilius dies habebat cccc. detractis xxix. superfluit ad Kalendas Januarii ad ultimum Novembrii veteri dies ccccxxv. Sed anno Confusionis forte contigit ut Merkedonius de more intercalaris esset, idemque dierum, ut ait Cenforinus, xxiiii. fuit in anno Confusionis præter illos lxvii. dies cccclix. Idem à xxvi. Septembri anni Periodi Julianæ 4668. retro putati pervenirent ad xxi. Octobris anni Periodi Julianæ 4667. Nam à Kalendis Januarii anni Juliani usque ad xxvi. Septembri inclusive dies sunt 265. restant 80. que di 365. detracti relinquunt 285. qui à Kalendis Januarii numerati desunt in xxi. Octobris. Proinde anno Periodi Julianæ 4667. Octobris xiiii. initit Januarius anni Confusionis. Qui quidem Confusionis annus diebus constitutus ccccxlvi. ut recte Cenforinus scripsit; quot nimur xxi. Octobris anni Periodi Julianæ 4667. ad ultimum Decembrii anni 4668. qui fuit pridie Kalend. primas Julianas, intercedunt.

Ex quo evidens hallucinatio Scaligeri, qui Macrobius imprudenter fecutus, annum Confusionis diebus circumscrivit cccclvi. Et tamen ejusdem anni principium sumit à xxi. Octobris. nam Merkedonius dierum tantum xxiiii. fuisse cenfet. Atqui dies sunt à xxi. Octobris anni 4667. ad ultimum Decembrii anni 4668. solidi cccclvi. Quod si cccclvi. dumtaxat fuisse velis, necesse est Kalendas Januarii Confusionis incurtere in xiv. Octobris. Quia ratione tueri se Macrobius potest, qui & intercalarium Merkedonius xxiiii. dierum definire videtur. Scaliger excusari non potest, qui idem quod Macrobius de dierum numero fecutus, in iunctum anni, quod ille non fecit, certo die conffitit, à quo profectus calculus in xxx. Decembrii anni consequens incidit, uno die minor, quam ratiocinio Pars I.

postulabant. Quamobrem tutius nos Cenforini vestigij infestantes, annum Confusionis conflatum esse defendimus ex diebus ordinariis cccc. & xxii. Merkedonii; ac denique lxvii. ad perquamadas rationes adjunctis. fuit in totum dies cccclvi. Januarius ejusdem anni caput xiii. Octobris; Februarius xi. Novembri. qui quidem diffisi est, & post absolvitos xxii. dies, qui in iii. Decembrii anni 4667. desierunt, quarto Decembriis intererant Kalend. Merkedonii. Is cum xxii. haberet, terminatus est Decembrii die xxvi. Ideo xxvii. Decembrii anni 4667. quinque dies ex Februario reliqui (hic enim endotercius fuit) pertexti fuit; & Kal. Januarii anni 4668. coperunt Kalend. Martii anni Confusionis. que omnia in sequenti laterculo subiectiem oculis.

Laterculum Dispositus anni Confusionis.		
Menses Pompiliani.	Dierum quibus confitit.	Dies quibus copertunt in annis Julianis.
Januarius	xxix	xiii. Octobris
Februarius	xxxvii	xii. Novembri
Merkedonius	xxiiii	iv. Decembrii
Martius	xxxii	i. Januarii
Aprilis	xxix	i. Februarii
Maius	xxxii	ii. Martii J. 2. M.
Junius	xxix	ii. Aprilis J. 2. Ap.
Quintilis	xxxii	i. Maii
Sextilis	xxix	i. Junii
September	xxix	xxx. Junii
October	xxxii	xxix. Juli
November	xxix	xxix. Augusti
Duo menses fidei	lxvii	xxvii. Septembri
December	xxix	iii. Decembrii
colliguntur dies	cccclv	

Hac anni perturbatione defungi semel Julius Cæsar instituit, ut deinceps anni sui curlium tenerent, efflentes singuli annos diebus ecclxv. cum quadrante. Itaque decem dies solidos Romanum ad annum addidit, quos per varios menses ita distribuit. Januario, Sextili, & Decembri biduum adjectit, qui anteà xxxix. diebus continebantur: reliquis totidem dierum Aprili, Junio, Septembri, Novembri, singulos. Ita Cenforinus, & Macrobius libro i. cap. xiv. Hos verò dies additios in calcem mensum conjetit, ne religiones sui cujusque menseis à loco summoverentur. Ita dierum ante Nonas, & Eidus numerus idem, qui fuerat Numa tempore, perseveravit.

Scaliger cauſam istam reddit, quare menses bini proximè sequentes impares constituti fuerint: Quintilis, & Sextilis, December, & Januarius: nimur quod Cæsar solisti, & aquinoctia voluerit à Kalendis eorum mensem incipere, in quos octava pars anni inservare arbitrabantur. Opinio autem illorum Romanorum simul, & Græcorum fuit ea tempora confici in octava partibus signorum suorum. Quare principium Capricorni statuit in A.D. viii. Kalend. Januarii. Ergo octava pars Capricorni incidunt in Kalend. Januarii, & ita in reliquis. Hac ratio minimè idonea videtur. Nam potius idem obtineri, si alius mensibus binos illos dies assignaret; ut pœta Septembri, non Sextili. Nihilominus enim octava pars librae in Octobris Kalendas incurrit. Quocirca totum hoc arbitrium fuisse puto. & quidem Januario, quod primus est, xxxi. attribuit. Hoc enim, quoad licuit, providit, ut menses alternis impares, & pares facerent. Ergo primus mensis impares habuit dies; secundus ex veteri instituto par; sed xxxviii. circumscriptus: ac reliqui deinceps. Post Quintilem, quia duo menses singuli duodecimtriginta

dierum sese consequebantur, & ex instituta tributione alterutri bividum assignandum erat, hoc ipsum priori imputare maluit. Ita Sextiliis xxxi. dies fibi vendicavit; tum September xxx. atque ita reliqui altermis pares, impareisque facti. Hoc mihi probabilius videtur, quam quod Scaligeri vifum est, octonas partes in Kalendas conferre studuisse Cesarem.

Unde anno tertio Juliano bissextilis dies intercalandus fuit, ac et ceteri deinceps anno viii, xi, xv. Sin posterius malis, ut exente potius Confusionis anno sex hora sit appositus, primus bissextilis annus ex Julii institutione fuit editionis Julianae quartus, qua ratione prima ab Julio Cesare intercalario facta in anni Confusionis exitium & initium primi Juliani congruit. Verum

Et adiecit ad eam rationem aliquid, quod miram  
os citantiam arguit; nimur post Cæfaren annis patrum  
quæ cl. putasse vulnus quatuor tempora circa octavas pav-  
tes signorum confici. Mendos. Id enim, si exæstius rem per-  
temus, octingentis fere annis ante primam Olympiadem con-  
tingebat. Quod valde furile est. Aut enim de celesti-  
bus cardinibus, hoc est æquinoctiis, ac solstitiis loqui-  
tur, aut de civilibus: si de celestibus, ac mediis num-  
quam in alia parte, quam in prima contingunt. Sem-  
per enim aquinoctium vernum medium communissimum est,  
quando sol primam partem Arietis ingrediebatur, ut  
& Scaliger ipse putat; qui in anno coelesti Neronianum  
Kriónos in ea parte perpetuo collocat. Civile autem  
æquinoctium, vel solstitium quovis tempore in octava  
parte constitutum esse potuit; quemadmodum initio  
Olympiadum, ac postea semper observatum esse defendit  
Scaliger. Postremo nec illud præterendum est,  
Aldum Manutium libro de Quæst. per Epist. cap. de  
rat. intercal. non recte sensiti videri, dum xiv. dum-  
stant dies à Cæfare præter Merkedimum intercalatos  
asserit; & Dionem, qui biduum addit, errasse credit.  
Ipse autem ad annum Romanum dierum ccclv. & Mer-  
kedonium xxxii. dierum accessisse vult dies xix. ut in  
totum annus ille dies habuerit ccccxlili. quot Ma-  
crobius assignare dicit. Verum apud Macrobius  
ccccxlii. leguntur; ac verisimile Dio, & Censorinus  
Cæfaren dies addidisse referunt lxvi. Quamquam  
Manutius Censorinum lxviii. numerare scribit, men-  
doso usus exemplari: ut è superioribus peripicte con-  
stat.

## C A P U T I I.

*De Bissextis diei intercalatione à Julio constituta, deque  
Juliana editionis labe. Solini locus de intercalatione quadrantis explicatus.*

**S**UNT hac ambo connexa, & à se invicem apta, atque suspensa, quæ hoc in caput contulimus; eademque nihilominus obscura, & variis distracta sententiosis. Nam id à Julio Cæsare scimus esse præscriptum, ut quarto quoque anno dies unius intercalaretur. sed quod Julianis editionis anno primus bissextilis incidet, est incertum. Solinus loco citato præcipuum difficultatem movet, qui scribit Julianum Cæsarem anno ipso Confusionis dies **xxi.** & quadratum finali intercalasse. De diebus **xxi.** falsum esse ex superiori capite nemini dubium est; velut & quod asserit, annum illum dies habuisse dumtaxat **ccclv.** Hoc enim ab omnibus refutatur. De quadrante licet nonnulli, & inter alios Scaligeri, perinde mentitum non dubitent, non temere condemnandum esse arbitror. Neque enim tam inustitiam rem ex ingenio suo, ac citra rationem aliquam protulit. Operet, inquam, ex arcans commentariis, & exquisitiore correctionis illius Historia mentionem itam quadrantis esse deploramus. Quare attenius quid sibi velit inquirendum est. Ac tametsi nihil ejusmodi Solinus narrationi aspersifert sicut, plurimum adhuc questionis propriæ superesse. Etenim dubitari posset an Julius Cæsar primum bissextilem annum esse severit eum, qui editio eius Julianæ quartus, & ab anno Confusionis quintus est; quia Confusionis annus bissextilis & ipse vicem prebeat, ita ut quartus, **viii.**, **xii.** deinceps bissextilles effuderent, ac potius primus ipse Julianus bissextilis anni locum obtinuerit; ac deinde Julianus **v.**, **ix.**, **xii.** & ita reliqui, bissextilles instituti. Redeo ad Solinum, qui intercalatum esse quadrantem, præter solidos dies, assererat. Quod duplici ratione licet accipere. Nam aut in anno Confusionis ineunte, sex horas appendices intercalatas, & ad dies integros admensas intelligimus, aut anno jam confecto, sub initium primi Juliani. Si prius fuerit annus is, qui Confusionis annum antecedit, bissextilis loco; atque ita sex horæ vertente illo collecte anno Confusionis imputate sunt à Julio Cæsare,

annimque cardinum anticipatio, ac proinde difficultus  
erat verò anni Solaris, atque aquibulis discrimen agno-  
tere. Quare factum est ut Julianum modum ~~analis~~, ac  
Tropicum esse fibi plerique omnes persuaserint. Quam  
et opinionem plurimum etiam instrumentorum, quibus  
observations utebantur minis, affabre factorum vi-  
a conferebant; tum verò locorum, in quibus ea collabo-  
rabantur, *scabri*, & inaequabilis planities. ut ex Prole-  
mato initio lib. IIII. colligitur. Quapropter Sosigenem  
medium annum Tropicum præcise dierum *ccclxxv.*&  
quadrantis spatio circumscripti, qui si ad aquinoctia-  
num illam Hipparchi observationem anni Juliani eponi-  
tuit, idem punctus aquinoctia, & Solitudo  
et inuenit anno Periodi Julianae 4667. quo confusioneis an-  
nus ceperit, quibus ante centum annos, nmp 4567.  
Hipparchus assignaverat. Proinde ingressus Solis in Ca-  
pricornum ab illo statutus fuerit die Decemb. *xv.*  
media ipsa nocte, vel hora præter propter sexta post me-  
lum noctem, si ultra *lxix.* dies horas aliquot motui  
Solis in segmento tertio tribuerit. Sic in media ipsa  
nocte præcise, ac *milesia*, ingressum Solis in Capricor-  
num defixit; igitur anno sequenti Periodi Julianae  
4668. propter quadrantis accessionem, idem punctum  
*mpis* Solaris incidet in horam *vi.* a media nocte diei  
*xv.* ad eoque *wawaw* octavam partem adibit diei *o-*  
*ctavae* inuenit, hoc est Kal. Januar. anni primi Juliani, qui  
est Periodi Julianae 4669 post horam *vi.* à nocte media.  
Quare hunc ipsum quadrantem intercalatum Julius dic-  
tum; quoniam primum ipsum numerari jussit, atque ex  
Juliano luctro primum censeri annum ipsum Confusio-  
nis, qui *vi.* horas superfluas reliquit. ita ut anno quar-  
to Juliani editionis inuenit, primus bissextilis interca-  
lari debuerit. Hac rudi Minerva, & ad civilem anno-  
rum uim idonea magis adumbravimus. Aliquo die  
*vii.* paulò plus vir gradibus Sol in Capricorno Zo-  
dio percurrit: quandoquidem diebus *xxix.* totum Si-  
gnum conficit. Unde lex hora præter propter detra-  
hent forent, ut epocham *mpis* in octavam Ca-  
pricorni partem assequamur. Sed neque *ewi* ista  
opus est, & ad civilem anno formam satis est octavum  
Capricorni gradum ipso diei civilis initio sollem ingre-  
di. Quod si anno 4667. ingressum Solis in Capricornum  
dum ea, que paulò ante de quadrantis intercalationis  
diferimus. Deinceps vero *vii.*, *x.*, *xv.*, *xix.*, *xxii.*&  
quarti quicque eodem ordine bissextilis esse debuerant,  
nisi Pontificum inscrita perturbata res esset. Quia in  
opinione necesse est quadrantis illius intercalationem  
anno confusione inuenire factam esse; ita ut in fine ipsius  
alter quadrans acceperit, ac duobus deinde quadrantis  
bus ex anno I. & II. Juliano collectis, inuenire III. Ju-  
liano, dies unus intercalatus sit. Nam si in fine anni  
Confusioneis horum appendix addita sit; primus  
bissextilis conjici debuit in annum IV. Julianum, Lepi-  
do, & Planci Cosi, qui est secunda ratio Julianae editionis:  
ut videlicet anno IV. Juliano inuenire intercalandum  
severit: tum *viii.*, *xii.*, *xvi.* & sequentibus.  
Nam tertia est Scaligeri sententia, qui annum ipsum  
Julianum bissextilis instar exstitisse putat; ideoque legiti-  
mos ex Julii dispositione bissextilis fuisse annos *v.*, *ix.*,  
*xii.*, *xvi.*, &c. Nihilo certius, atque exploratus est,  
quemadmodum institutum a Julio Cesare intercalandis  
rationem Pontifices turbaverint. Quos quidem in co-  
peccate convenient, quod cum anno quarto vertente, &  
inuenire quinto intercalandum fuerit, illi anno quarto  
incipiente, tribus dumtaxat collectis quadrantibus, id  
fecerint. Itaque ex priore Annalium sententia vitiis  
illi bissextilis fuerunt, annus *iii.*, *vi.*, *ix.*, *xii.* & reli-  
qui. Ex aliis vero *iv.*, *vii.*, *x.*, *xii.*, &c. Ita paullatim  
accidit ut triduo infra metas suas Epocham anni consti-  
terit, at totidem bissextilum omissione, pristinum in  
statum redicerit. Ex iis tribus bissextilis annorum or-  
dinationibus, ac vitiis intercalationibus, in primam,  
vel secundam propenitores non Solini auctoritas facit;  
quem quidem credibile non est illam quadrantis inter-  
calationem temere commissi; quin potius ex Julianis,  
ac Pontificis de ea re commentariis, aut idoneis au-  
toribus accepisse; id quod suprad declaratur est. Etsi  
nonnullam dubitationem inicit Augusti Cesarei eman-  
datio; qua si bissextilis annos in pristinum ordinem, &  
a Julio Cesare constitutum redegerit; tum verior ter-  
tia sententia fuerit, ut Julianos *v.*, *ix.*, *xii.*, &c. bis-  
sextilis Caesar esse jussit. Nam post Augusti recon-  
sitionem in eisdem illis, bissextilis redundarunt. qua-  
res proximo capite discrepabitur.

## CAPUT III

*De Juliani anni correctione, quam Augustus instituit  
deque bissextilibus annis ab eo reformatis.*

**P**OSTQUAM Pontificum vitio annis à Julio Cæsare dispositus labem illam contraxit, eoque deducta res est, ut jam triduum solium à suo cardine luxatus epocham antevertet, Augustus Cæsar emendationem aggressus est. De qua Solinus ita scribit. *Et tunc quoque vitium admisum est per Sacerdos.* Nam cùm præceptum esset anno quarto, ut intercalarent unum diem; *& oportereat consecro quarto anno id observari, antequam quintus aspicaretur,* illi incipiente quarto intercalariunt, non defuerint. *Sic per annos sex & xxx. cùm novem dies tamum sufficiere debuissent,* xxi. sunt intercalata. *Quod deprehensum Augustus reformavit, iustiusque annos xi. sine intercalatione decurrere, ut tres illi dies, qui ultra novenarios tenerent fuerant intercalati, hoc modo possem repenari.* Suetonius verò cap. xxxi. *Annum, inquit, à D. Julio ordinatum, sed postea negligenter conturbatum, atque confusum, rufius ad pristinam rationem rededit: in cuius ordinatione Sextilem mensē è suo cognomine minucupavit.* Cenfornius cap. xxii. *Qui autem Sextilis, inquit, fuerat, ex S. C. Martin. Cenfornio, Caio Aſtio Gallo Cofi, in Augufti honorem dictus est Auguftus, anno Augufto xx.* Macrobius denique cùm eadem habet que Solinus, tum hoc insuper: *Auguftum omnem à se consuetum ordinem area tabula ad aternam custodiā inservire mandato.* Quoniam iniora codicis ap-

Redeo ad superiorem illam de Julianu bisextilis die ordinatione questionem; cuius varia forme ab auctoriis bus traduntur. In Annibus Ecclesiasticis, quoniam præter dies integras, quadrans insuper, ut à Solino proditum est, intercalatus fuit, ob id anno Julianus tertio, quo Cossi fuerunt Hirius, & Pansa, primus bisextilis annus à Julio Cæsare constitutus dicitur, secundum.

transfigi duodecim annos Augustus fecerit, & quo anno primum intercalari, non satis compertum habemus. Nam Paulus Foroempronensis lib. xii. vitiosos bissextilis annis iii, vi, ix. ac denique xxxvi. Julianis intercalatos putans, duodecim ~~annos~~ constituit, à xxviii. ad xlviii. ita ut ex Octavii editio anno iiii. Julianus bissextilis esse debuerit. Verum novum à Sacerdotibus oblatum vitium existimat, ut cum differri bissextilum in annum lxxi. oportet, anno xl. proxime post expletos xii. precipitata sit intercalatio. Ex quo factum est, ut quemadmodum annum xix. bissextilis fuit, ita deinceps lxxi, lxxii, & reliqui, ut hodie sunt, bissextilles habentur. At Scaliger postremum ex vitiosis bissextilibus annum facit Julianum xxxvii. Ab eo duodecim fine bissextillo secuti sunt anni; quorum postremus fuit xl. Primus autem bissextilis, ex Augusti correctione, fuit lxxi. In Annalibus Ecclesiasticis, quandoquidem primus ex Juliani instituto bissextilis annus statutus editionis Julianus tertius, à quo deinde vii, xi, ac denique xliii, xlvii, lxi, &c. legimus bissextilles fecuti sunt; Pontificum verò culpā contigit credi, ut quod in priori intercalatione factum erat, id postea retineretur, ac pro vi, &c. Julianus annus vi, ix. ac denique xxxvi. intercalares habentur; hinc duodecim fine intercalatione tractatos definiunt, ab anno Juliani xxxvii. usque ad xlviii. Anno verò lxxi. primum ex Augusti praefcripto bissextille esse celebratum.

Habes que fuerit vitiosarum intercalationum ratio, quaque ad eos annos adhibita castrigatio variis ex auctorū tentientiis; quarum quae sit præferenda ceteris difficile est dicere. Pauli quidem Foroempronensis opinio illa, qua novo vitio luxatum ordinem bissextilium asserit, auctorem, prater ipsum, habet neminem; neque mihi probabilis videtur. Quis enim sibi perfiudeat, vivente adhuc Augusto, denudum annum esse corruptum, præfertim cum infrequentum, annorum dispositionem anæ tabula ad perpetuam memoriam incidet? Deinde verò, quod capite superiori ex ipsis Pauli tentativa verisimile esse demonstravimus, ipsis Kal. Januarii anni primi Juliani Novilunium esse commissum, idque velut opportunitissimum spectare Cæsarem, ut in primum diem octava signi pars, & Novilunium incideret, ex altero illo decreto Pauli propemodum evertitur. Quod enim ipse lib. ii. Paulina statuit; Julianum Cæsarem annum suum a prima syzygia post Solstitium inchoasse; idque spectasse, ut primus anni dies in Novilunium incideret, quod tum commissum est Kal. ipsi Januarii hora 7. 6'. 35". post meridiem; id non aliter definiri potuit, quam ex annorum Julianorum hodierna serie, atque contextu. Nam ut Astrologi Novilunia superiorum temporum investigant, gradum in posteriore aliqua Neomenia, vel oppositione luminarum figere necesse est, ac tum interrecio inter utrumque spatio constituto, ad anteriora progreedi. Exempli causa: scire velim quo die, & hora Novilunium inciderit, anno primo Juliani invenire, deligenda ex omnibus est observatio aliqua Novilunii, vel plenilunii; deinde lunarium annorum, mensuramque statuendam modus; denudum tempus illud, quod ab anno primo Juliano ad datum, Novilunium elapsum est, certò definiendum. Ex eo tempore Syzygis integris deducit, Novilunii primi momentum indagabimus. Hanc viam infinitere Paulus ipse debuit, ut Novilunium anni primi Juliani deprehenderet in Kal. Januarii; annorum, inquam, mensum, ac diernam epactas adhibuit, quibus conflatim, Neomeniam illo die reperit. Quod si proposita bissextilis intercalatio post Augusti emendationem incidit, ea viam omnum, ac methodum turbavit. Quippe diem unum ad calculum adjectit. Unde non in Kal. Jan. anni primi Juliani, sed secundo Januarii Novilunium exhibere debuit. Demus id, quod Paulus Foroempronensis existimat, Julianum Cæsarem Novilunium defixisse Kalendas ipsi: cum in meridiano Romano commissum sit hora vii, cum aliquot serupulis à meridie, propter vitiosos bissextilles, cyclis diobus lunaribus confeccis, anno videlicet invenire xxxxi. Juliano, Novilunium per venerat ad Januarii iv. Tres enim dies superflui annis xxxvi. intercalati sunt. Quos ut eximeret Augustus, ac Novilunium ad Kal. ipsas retraheret, duodecim annos sine intercalatione traducendos edidit; tum bissextilum anno decimo sexto à postrema intercalatione vitiosa repeti jussit. Quare anno tantum Juliano lxxi. vel lxxii. bissextilis intercalandus fuerat. Atque anno Juliano xxxviii. intercalatum esse Middelburgensis putat, indeque de-

duodecim annos absque intercalatione transmisit, quæ ceteris omnibus arridet. Atque ut omnia illa, quæ hucusque disputavimus, intelligi facilius queant, ea in sequenti diagrammate proponam; in quo paria Cœf. ut secundum Julii institutionem futurum erat, xlviii., aliquot cum bissextilibus diebus tam vitiosis, quam emen- & lxxi. Hæc mihi conjectura, propter Solini locum, datis exscribam.

## LATERCULUM ANNORUM ALIQUOT

Julianorum cum depositu Bissextilium annorum ex Juliani  
Cæsaris institutione, & Pontificis depravatione,  
ac communi & Augustæ serie.

Anni Periodi Juliani.	Olympiades.	Anni Juliani.	Anni Urbis.	CONSULES		
				Bissextilium ordo ex ordinatione Julii Cæsaris.	Bissextilium ordo ex prævalentia Pontificis intercalati.	Bissextilium ordo ex Augusti castratione.
4667		o 707		Q. Calenus. Q. Vatinius.	E	E
4668		o 708		C. Julius Cæsar III. M. Æmilius Lepidus.	D	D
4669		1 709		C. Julius Cæsar IV. Sine collega.	C	B
4670	184	2 710		C. Julius Cæsar V. M. Antonius.	A	A
4671		3 711		C. Vibius Pansa. A. Hirtius.	G	G
4672		4 712		M. Æmilius Lepidus. L. Munatius Plancus.	F	E
4673		5 713		L. Antonius. P. Servilius Isauricus.	D	E
4674	185	6 714		Cn. Domitius Calvinus II. C. Afinius Pollio.	C	C
4675		7 715		L. Marcus Censorinus. C. Calvinus Sabinus.	B	B
4676		8 716		Ap. Claudius Pulcher. C. Norbanus Flaccus.	A	G
4677		9 717		M. Vipsanius Agrippa. L. Caninius Gallus.	F	F
4678	186	10 718		L. Gellius Poplicola. M. Cocceius Nerva.	E	E
4679		11 719		L. Cornificius. Sex. Pompeius.	D	C
4680		12 720		M. Antonius II. L. Scribonius Libo.	C	B
4681		13 721		C. Cæsar Octavianus II. L. Volcatius Tullus.	A	AG

## DE DOCTRINA TEMPORUM;

Anni periodi Juliani.	Olympiades.	Anni Juliani.	Anni Urbis	C O N S U L E S	Biflexiles Juliani.	Biflexiles virofi.	Biflexiles communes.
4682	187	14	722	Cn. Domitius Ahenobarbus. C. Sofius.	G	F	G
4683		15	723	C. Cæsar Octavianus III. M. Valerius Messala.	F	E	F
4684		16	724	C. Cæsar Octavianus IV. M. Licinius Crassus.	E	D	D C E
4685		17	725	C. Cæsar Octavianus V. Sex. Apuleius.	C	B	D C
4686	188	18	726	C. Cæsar Octavianus VI. M. Vipsanius Agrippa II.	B	A	B
4687		19	727	Imp. Cæsar Augustus VII. M. Vipsanius Agrippa III.	A	G F	A
4688		20	728	Augustus VIII. Statilius Taurus II.	G F	E	G
4689		21	729	Augustus IX. M. Junius Silanus.	E	D	F E
4690	189	22	730	Augustus X. C. Norbanus Flaccus.	D	C B	D
4691		23	731	Augustus XI. Cn. Calpurnius Piso.	C	A	C
4692		24	732	M. Claudius Marcellus. L. Arruntius.	B	A	G B
4693		25	733	Q. Æmilius Lepidus M. Lollius.	G	F E	A G
4694	190	26	734	M. Appuleius Sextus. P. Silvius Nerva.	F	D	F
4695		27	735	C. Sentius Saturninus. Q. Lucretius Viipillo.	E	C	E
4696		28	736	P. Cornelius Lentulus. L. Cornelius Lentulus.	D C	B A	D
4697		29	737	C. Furnius. C. Junius Silanus.	B	G	C B
4698	191	30	738	L. Domitius Ahenobarbus. P. Cornelius Scipio.	A	F	A
4699		31	739	M. Livius Drusus. L. Calpurnius Piso.	G	E D	G
4700		32	740	M. Licinius Crassus. Cn. Cornelius Lentulus.	F	E	C F
4701		33	741	Tib. Claudius Nero. P. Quintilius Varus.	D	B	E D

Anni

## LIBER QUARTUS CAP. III.

Anni Periodi Juliani.	Olympiades.	Anni Juliani.	Anni Urbis.	C O N S U L E S	Biflexiles Juliani.	Biflexiles virofi.	Biflexiles communes.
4702	192	34	742	M. Valerius Messala P. Sulpicius Quirinus	C	A G	C
4703		35	743	P. Fabius Maximus Q. Ælius Tubero	B	F	B
4704		36	744	Julius Antonius Q. Fabius Maximus	A G	E	A
4705		37	745	Nero Clodius Drusus T. Quintius Crispinus	F	D C G F	
4706	193	38	746	C. Marcus Censorinus C. Asinius Gallus	E	B	E
4707		39	747	Tib. Claudius Nero II. Cn. Calpurnius Piso II.	D	A	D
4708		40	748	D. Lælius Balbus C. Antistius Verus	C B	G	C
4709		41	749	Augustus XII. L. Cornelius Sulla	A	F	B A
4710	194	42	750	C. Calvinius Sabinius L. Paullinius Crispinus	G	E	G
4711		43	751	Cn. Cornelius Lentulus M. Valerius Messalinus	F	D	F
4712		44	752	Augustus XIII. M. Plautius Silvanus	E D	C	E
4713		45	753	Cossus Cornelius Lentulus L. Calpurnius Piso	C	B	D C
4714	195	46	754	C. Julius Cæsar M. Æmilius Paulus	B	A	B
4715		47	755	P. Vinicius P. Alfinius Varus	A	G	A
4716		48	756	L. Ælius Lamia M. Servilius Geminus	G F	F	G
4717		49	757	Sex. Ælius Cærus C. Sentius Saturninus	E	E	F E
4718	196	50	758	L. Valerius Messala Cn. Cornelius Cinna	D	D	D
4719		51	759	M. Æmilius Lepidus L. Arruntius	C	C	C
4720		52	760	A. Licinius Nerva Q. Caecilius Metellus	B	A	B B
4721		53	761	M. Furius Camillus Sex. Nonius Quinctilianus	G	A G	A G
4722	197	54	762	C. Poppeus Sabinus Q. Sulpicius Camerinus	F	F	F
4723		55	763	P. Cornelius Dolabella C. Julius Silanus	E	E	E
4724		56	764	M. Æmilius Lepidus T. Statilius Taurus	D C	D	D

In

In hoc diagrammate vides ex sententia nostra primum annum editionis Julianæ bissextilæ ex auctoritate constitutum fuisse. Deinde quinto quoque ineunte anno intercalari jussisse, prima excepta dumtaxat in intercalatione, propter eas causas, quas attulimus. Neque Solini, vel Macrobii telimonia huic opinioni nostra refragantur, ut quidam existimat. Quod enim illi anno quoque anno finito diem unum ex decreto Cœsariorum intercalandum fuisse memorant, de ordinaria & legitima intercalatione debet accipi. Prima vero, propter quadrantis illius intercalationem, de qua Solinus loquitur, profus excipienda videtur. Quod autem ex Auguستea castigatione & hodierno bissextilum decidit nihil de Julianæ ordinatione certò posse colligi, ex iis apparet, quæ paulo ante disputavimus.

## CAPUT IV.

*De Jacobi Christmanni falsa ordinatione bissextilium annorum, ubi & usitata intercalationis vetustas asseritur.*

**S**CRIPSERAM hac de annorum Julianorum castigatione in Epiphianianis Animadversoribus; tum hoc in loco, imò vero ad VIII. ferram librum operam perduxeramus, cum in Jacobi Christmanni librum incidijs quo post Alphraganum, & variiorum Kalendariorum explanationem, opus addidit de annorum inter se connexione, ubi annos Julianos, & qui ad eandem formam descripti cum Julianis convenient, cum annis Olympiadis Nabonassareis, Urbis conditæ, ac denique Christiana cum æra comparat, adjectis etiam characteribus, & litteris Dominicis. Est hic liber Chronologia studi, nempe xi, xv, ac ceteri impari numero. Quæ bissextilum annorum forma usque ad annum Christi 463, perferat, hoc enim anno dissolutum putat Augusti cylindrum, & bissextilum inde ad sequentem annum trajecutum, qui est 464. Unde inequentes ea descriptione consonant, quam siuparamus, ac pares omnes quaternarii bissextiles existunt. Hac illæ, quæ nos, ut oculis ipsi subjiciantur, in sequenti Diagrammate proponimus. In quo ad annos Julianos, Olympiadicos, Urbis conditæ, Nabonassareos, & horum characterem, five feriam, & Dominicales litteras apponemus.

LATERCULUM PRIMUM ORDINATIONIS

Bissextilium annorum, tam ex vera, communique sententia, quam ex falsa,  
& nupera Christmanni methodo.

VERA DISPOSITIO BISSEXTILIJ annorum ex communi methodo.										Falsa Christmanni ratio.	
Annī Periodi Juliani.	Annī Iphiti.	Annī Urbis.	Annī Juliani.	Annī Nabonassari.	Littera Dom. communis.		Neomenia Thoth.	Character Neom. Thoth.		Littera Christmanni.	Thoth Christmanni.
4669	732	709	1	704	C	B	III Septembris	vii		B	3 Septembris
4670	733	710	2	705	A		III Septembris	i		A	3 Septembris
4671	734	711	3	706	G		III Septembris	ii		G	3 Septembris
4672	735	712	4	707	F		III Septembris	iii		F	2 Septembris
4673	736	713	5	708	E	D	II Septembris	iv		D	2 Septembris
4674	737	714	6	709	C		II Septembris	v		C	2 Septembris
4675	738	715	7	710	B		II Septembris	vi		B	2 Septembris
4676	739	716	8	711	A		II Septembris	vii		A G	1 Septembris
4677	740	717	9	712	G	F	I Septembris	i		F	1 Septembris
4678	741	718	10	713	E		I Septembris	ii		E	1 Septembris
4679	742	719	11	714	D		I Septembris	iii		D	1 Septembris
4680	743	720	12	715	C		I Septembris	iv		C B	31 Augusti
4681	744	721	13	716	B	A	XXXI Augusti	v		A	31 Augusti
4682	745	722	14	717	G		XXXI Augusti	vi		G	31 Augusti
4683	746	723	15	718	F		XXXI Augusti	vii		F	31 Augusti
4684	747	724	16	719	E		XXXI Augusti	i		E D	30 Augusti
4685	748	725	17	720	D	C	XXX Augusti	ii		C	30 Augusti
4686	749	726	18	721	B		XXX Augusti	iii		B	30 Augusti
4687	750	727	19	722	A		XXX Augusti	iv		A	30 Augusti

Amni Periodi Julianae.	Amni Iphiti.	Amni Urbs.	Amni Juliani.	Amni Nabonassari.	Littera Dom. communis.	Neomenia Thoth.	Character Neom. Thoth	Littera Chriftmanni.	Thoth Chriftmanni.
4688	751	728	20	723	G	xxx Augusti	v	G F	29 Augusti
4689	752	729	21	724	F E	xxix Augusti	vi	E	29 Augusti
4690	753	730	22	725	D	xxix Augusti	vii	D	29 Augusti
4691	754	731	23	726	C	xxix Augusti	i	C	29 Augusti
4692	755	732	24	727	B	xxix Augusti	ii	B A	28 Augusti
4693	756	733	25	728	A G	xxviii Augusti	iii	G	28 Augusti
4694	757	734	26	729	F	xxviii Augusti	iv	F	28 Augusti
4695	758	735	27	730	E	xxviii Augusti	v	E	28 Augusti
4696	759	736	28	731	D	xxviii Augusti	vi	D C	27 Augusti
4697	760	737	29	732	C B	xxvii Augusti	vii	B	27 Augusti
4698	761	738	30	733	A	xxvii Augusti	i	A	27 Augusti
4699	762	739	31	734	G	xxvii Augusti	ii	G	27 Augusti
4700	763	740	32	735	F	xxvii Augusti	iii	F E	26 Augusti
4701	764	741	33	736	E D	xxvi Augusti	iv	D	26 Augusti
4702	765	742	34	737	C	xxvi Augusti	v	C	26 Augusti
4703	766	743	35	738	B	xxvi Augusti	vi	B	26 Augusti
4704	767	744	36	739	A	xxvi Augusti	vii	A G	25 Augusti
4705	768	745	37	740	G F	xxv Augusti	i	F	25 Augusti
4706	769	746	38	741	E	xxv Augusti	ii	E	25 Augusti
4707	770	747	39	742	D	xxv Augusti	iii	D	25 Augusti
4708	771	748	40	743	C	xxv Augusti	iv	C B	24 Augusti
4709	772	749	41	744	B A	xxiv Augusti	v	A	24 Augusti
4710	773	750	42	745	G	xxiv Augusti	vi	G	24 Augusti
4711	774	751	43	746	F	xxiv Augusti	vii	F	24 Augusti
4712	775	752	44	747	E	xxiv Augusti	i	E D	23 Augusti
4713	776	753	45	748	D C	xxiii Augusti	ii	C	23 Augusti
4714	777	754	46	749	B	xxiii Augusti	iii	B	23 Augusti
4715	778	755	47	750	A	xxiii Augusti	iv	A	23 Augusti
4716	779	756	48	751	G	xxiii Augusti	v	G F	22 Augusti
4717	780	757	49	752	F E	xxii Augusti	vi	E	22 Augusti
4718	781	758	50	753	D	xxii Augusti	vii	D	22 Augusti
4719	782	759	51	754	C	xxii Augusti	i	C	22 Augusti
4720	783	760	52	755	B	xxii Augusti	ii	B A	21 Augusti
4721	784	761	53	756	A G	xxi Augusti	iii	G	21 Augusti
4722	785	762	54	757	F	xxi Augusti	iv	F	21 Augusti
4723	786	763	55	758	E	xxi Augusti	v	E	21 Augusti
4724	787	764	56	759	D	xxi Augusti	vi	D C	20 Augusti
4725	788	765	57	760	C B	xx Augusti	vii	B	20 Augusti
4726	789	766	58	761	A	xx Augusti	i	A	20 Augusti
4727	790	767	59	762	G	xx Augusti	ii	G	20 Augusti
4728	791	768	60	763	F	xx Augusti	iii	F E	19 Augusti
4729	792	769	61	764	E D	xix Augusti	iv	D	19 Augusti
4730	793	770	62	765	C	xix Augusti	v	C	19 Augusti